



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 57. Jurgia inter Burgundiæ & Sabaudiæ Ducum Oratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. alios duos eorum socios, quibus jam an
 A.C. 1433. tea idem negotium commissum erat.

§. LVI.

*Regis Cypri ac Burgundiæ Ducis
 Oratores ad Synodum.*

*Naucler. ge-
 ner. 48. p. 450* Sub idem tempus Joannes Cypri Rex
 & Philippus Burgundiæ Dux Legatos
 Basileam allegarunt, qui Patribus concor-
 diam nunciarent, quæ tandem die vige-
 sima sexta Aprilis, opera Nicolai Esten-
 sis Marchionis, inter Philippum Medio-
 lani Ducem, Venetos, Florentinos, Se-
 nenses, Lucenses, aliosque utrinque fe-
 deratos Ferrariæ conclusa esset. Hujus
 pacis articulos, atque conditiones pas-
 sim referunt Historici; haud tamen diu-
 turna fuit hujus concordiae felicitas; Pa-
 pa enim Eugenius non multo post ad re-
 fuscitandas belli flammæ, quæ nonnulli
 Anno millesimo quadringentesimo qua-
 dragesimo octavo extinctæ fuerunt, Me-
 diolani Ducem instigabat.

§. LVII.

*Furgia inter Burgundiæ & Sabaudia
 Ducum Oratores.*

Ad eundem annum refertur Burgundiæ
 Ducis Oratorum adventus ad Basi-
 leensem Synodum; inter quos præcipuus
 erat

erat Joannes Nivernensis Episcopus. Cum autem Amadæi Sabaudia Ducis Legati jam omnium primi advenissent, primas quoque in Synodo occupabant sedes: Verum Burgundiones adversus eos Ducis sui nomine de præcedendi jure contendebant; Sabaudis vero cedere recusantibus, hac super re indicta est Congregatio, in qua post motas ultro citroque altercationes ita demum res composita est, ut Burgundia Ducis Oratores post Alexandrinum Patriarcham dextrum occuparent locum, sinistrum vero Sabaudia Ducis Legati post Patriarcham Antiochenum tenerent. Confectum quoque ea de re instrumentum hoc eodem anno die septima Augusti præfente Juliano Cardinale Synodi Præsidente, sex aliis Cardinalibus, Alexandrino, & Antiocheno Patriarchis, Amadæo Lugdunensi, & Hugone Rothomagensi Archiepiscopis, aliisque pluribus Prælatibus. Dicto instrumento Episcopus Bellicensis, ceterique ipsius socii ejusdem Sabaudia Ducis Oratores acquiescentes, acceptant locum ipsis post Patriarcham Antiochenum assignatum, donec de novo advenirent aliqui Regum aut Ducum Legati, quibus jure cedere deberent: contestatione tamen prius facta, se paratos esse, quotiescunque necesse foret, documentis fide dignis comprobare, quod trecentis omnino annis

Sæcul. XV.

A.C.1433.

Sæcul. XV.
A.C. 1433

nis, antequam Sabaudia in Ducatum erigeretur, Sabaudia Comites jam fuerint ac nuncupari consueverint Caballiaci & Augustæ Duces; merito igitur illis præferantur, qui posteriore tempore Ducis titulum accepissent. Quibus subjungebant, sibi priorem locum repetendi jam saluum esse, si forte eorum Dux præcessionis instrumentum ratum non haberet. Nihilominus primæ Sedis prærogativam haud amplius obtinere poterant, etiamsi Amadæus in quadam Epistola ad Concilium scripta graviter hac de re conquestus esset.

§. LVIII.

Alia contentio inter S. R. I. Electores, & Burgundia Legatos.

Haud dissimilis controversia oriebatur inter S. R. Imperii Electores, & Burgundia Ducis Legatos. Illi enim his cedere detrectabant, prout ex literis Sigismundi discimus, anno sequenti ad Synodum datis, in quibus Cæsar se summo pere gavisum esse testatur, quod Patres cautelæ loco *Imperii Archi-Principibus* (ita S. R. I. Electores appellat Sigismundus) sedes ab eis occupandas designassent, eamque contentionem cum Burgundia Duce feliciter composuissent. Quibus vero locus eorum Oratoribus assignatus